

Hofsteter.

Epistola
gradula.
loria.

1704





13
D. JOHANNIS ADAMI HOFSTETERI,
Medici Practici Hallensis,

EPISTOLA GRATULATORIA,

(in qua occasione dubitationis Cartesianæ de con-
jecturis Medicorum agitur, & exin' Artem
Medicam nullatenus conjecturalem
esse evincitur,)

A D

VIRUM NOBILISSIMUM AMPLISSIMUM
atque EXPERIENTISSIMUM.

DN. JUSTUM GODOFREDUM
PETERMANNUM,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
REGIS POLONIARUM AC
ELECTORIS SAXONIÆ GENE-
RALIS STATUS MEDICUM
CASTRENSEM,

Fautorem & Amicum suum specialiter dilectum; sum-
mos Artis Iatricæ honores in Celebris Leidensium
Emporio Academico more majorum
specimine solenni acquirentem.

Ua 1912



VIRO NOBILISSIMO AMPLISSIMO
atque EXPERIENTISSIMO,
DN. JUSTO GODOFREDO
PETERMANNO, &c.

Fautori suo ac Amico Integerrimo,

S. P. D.

D. JOHANNES ADAMUS HOFSTETERUS.



a princ. philof. part. 1. § 1.
b de metho. do p. 18.
c de mor. mufc. c. 1.

d in conf. philof. Cartes.

e Lex. philof. p. 411.

f c. 1. §. 2.

g Ibid. §. 1. sub fin.

alum profectò est nunquam dubitare, pejus dubitare semper, pessimum verò & Philosopho ac Medico indigentissimum in dubitatione perseverare. Hæc mala declinaturi cum *Cartesio* ^a *semel in vita de omnibus dubitandum esse* concludunt: quæ dubitationes ideo secundum hunc ^b & *Galenum* ^c instituuntur, ut aliquid i. e. veritas inveniatur. Peperit quidem hoc ipsum, *cognitionis humane principium Cartesiana* haud minimas lites inter philosophos plures & literatiores, illudque post *Gassendum*, *Henricum Morum*, *Parcerum Schulerum*, plures alii, præprimis autem *Strenuus Philosophiæ Aristotelicæ defensor*, *Huetius*, ^d tanquam *inadaquaturn*, *ineptum* & *insufficiens* æquè ac *impium* impugnarunt minimè tamen, uti quidem opinati sunt, ad ejus usque excidium: Virent namque adhuc insigniter, pressæ licet, palmæ hujus robustioris frondes, nunquam profectò suppressendæ. Hinc dubitationis brevem aliquam delineationem exhibiturus in antecessum è *Micralio* ^e monendum existimo, *dubitare nos dici, quando non toti pendemus in alteram partem, sed illi ita assentimur, ut in contrariam etiam pendeamus*. Quare haud inconcinne *Cartesius* ^f *illa, de quibus dubitamus, pro falsis etiam haberi posse censet*. Rationè igitur omnino consentaneum est, pro evitandis potissimum præconceptis opinionibus (æpius falsissimis,) & illusionibus sensuum, *tandem de cognoscibilibus singulis, etiam de principiis arrium & scientiarum, imò de DEO ipso, dubitare, donec ad tale deveniamus principium, circa quod nullum amplius oriri valeat dubium*. Ponit ^g *verò dubitationem isthanc Cartesius* non pro fine scientiarum &

artium, sed pro fundamento, uti dictum, eruenda veritatis, in ca-
 libus etiam, in quibus vel minimam incertitudinis suspicionem repe-
 rimus; eandem tamen ad usum vite nullatenus extendere jubet: h
 cum ridiculum esset dubitare de sexu nostro, aut de nobismetipsis, h ibid. §. 3;
 dum cogitamus, &c. nulla enim hic subest equalitas rationum con-
 trariarum, nulla acceptio utriusque partis cum formidine, nulla su-
 spensio mentis ad assensum, (quæ juxta Micrælium i dubitationis i loc. cit
 propria sunt,) sed omnia certo certius & nemine contradicente
 existunt. Illud interim præ omnibus refutatione indiget, quando
 adversarii urgent; *impium esse & blasphemum vel ad tempus saltem*
de existentia DEI dubitare, vel id ipsum Omnipotentissimum Nu-
men pro maligno aliquo genio declarare, quod tamen expressè &
 faciat & jubeat *Cartesius*, k cum suis Assectis. Etenim versatur to- k cit. loc. p.
 tius rei cardo in hoc, quòd impietatis ejusmodi simulacra è minùs 2. §. 7. it.
 accuratè perceptis, dehinc sinistrè explicatis acutissimi *istius Philo-*
sophi thesibus sibi imaginati sint: ex quibus tamen ipse l aded ele- prim philof.
 ganter existentiam & essentiam divinam deduxit & probavit, quam med. 1. p. 8.
 unquam id vel *Aristoteles*, m vel *Cicero*, n vel ullus Christiano- & med. 2. p.
 rum, præstiterunt. Ut proinde fungum pro capite & peponem pro 16.
 corde habere non immeritò dicantur profitentes *ipsum atheum*, ut- 1 princ.
 pote, qui pluribus *tricenis* Scriptorum suorum aureorum locis, prim philof.
 quorum allegatio rædiola foret, DEI existentia & attributorum part. 1. §.
 ejus devotam admodùm mentionem injicit. Usus autem est hoc in 14. & 18. p.
 passu *Cartesius* & ejus sectatores *dubitatione Aristotelica*. En igitur! 4. & 5. &
 cum coryphæo suo jam litigabunt antagonistæ nostri; cur is aded medit. de
 ineptum (*scilicet*,) insufficientem, ac impium in cognoscendis rebus prim. philof.
 introduxerit principium. Sanè, si curatius paulo evolvisent *Scri-* 3. p. potissi-
pta Aristotelis, aliter fortasse sensissent, & si (*benè dubitassent remoi-* mum 21.
is præjudicis) prius cum *Stagirita ingeniosissimo*, veritatem principii m de
Aristotelico-Cartesiani ultrò agnovissent: quorum omnium oblitii in Theol. phi-
 profundum ceciderunt. Erudiendi itaque impugnatores isti sciant, los. myst.
Aristotelem pariter ac *Cartesium* *fictà aliquà dubitatione* non (sem- lib. impr. 4-
 per) verà in indagazione rerum veritatis usos fuisse, luculentum id c. 1. feqq.
 fore putem, qui credat Eruditissimum hunc Philosophum de ma- n de natura
 num pedum vel corporis etiam sui (omnium ab ipso in exem- Deor.
 plum productorum) præsentia revera dubitasse. Quadrat huc ele- o Princ.
 gantissimum illud Galeni: p *Qui evidentibus fidem abrogat, sensus* prim. Phi-
 est c. 5. los. part. 1.
 §. 3. & 7. it.
 Medit. de
 prim. Phi-
 los. p. 4. in
 Synopsi.
 p 1. de moti
 mafc. 1. 2.

est expers; qui verò de dubiis promptè pronunciat, temerarius est: qui autem propter obscuritatem, quæ in his inest, quæ etiam clara sunt & manifesta habet suspecta, de numero eorum est, qui dubitationibus oblectantur: porro, qui non modò suspecta habet, verùm etiam, quæ clara sunt, propter obscuritatem dubiorum studeat evertere, extremè fatuus est. Ne igitur sponte sensum nobis ipsi adimamus, neque dubitationis æmulo aut fatui aut aliud ejusmodi quidvis simus, sed quod tum rectum est, tum modestis hominibus convenit, quod quidem evidens est, promptè accipiamus, quod autem est dubium, per otium ^{in hæc præterea} quaramus. Hæc dubitationis circa DEI & existentiam & essentialiam quoque locum habet. Quid quæro susceptæ de DEO exercitia di-
 spuatoria in Scholis illustribus aliud sunt, quam doctæ dubitationes; numme impietatis aut atheismi inculpandus est opponens DEUM negans ac de ipso dubitans, tamque diu in antithesi sua perseverans, donec à Respondente sufficienter refutata & veritas eruta sit. Quid, inquam, agunt Theologi nosstrates aliud, quando institutionibus suis catecheticis quæstionem inferunt; an sit DEUS, & an probari possit talem dari? quam ut ad tempus fidei dubitent. Sicuti hæc omnia enucleatius delineavit Genitor Tuus desideratissimus, D. Andreas Petermannus, Philosophus olim ac Professor medicus Lipsiensis insignis. Δυσωπότερον est, quod usurpat Aristoteles; † quam voculam vi nominis τὸ per dubitare, ambigere, querere, interrogare, cum dubitatione inquirere, ancipitis animi esse, &c. expressit Scapula¹ & dictionarium Græco-Latinum, † Proinde, quum inconcussum maneat & firmissimum principium: de omnibus in vita vel semel dubitandum esse; nullius absurditatis inculcandi erunt Medici, si & ipsi dubitent. Insolita quidem hodiernum isthæc apud naturæ ministris expressio, nihilominus tamen in factis fundata. Dubitabiles namque res dantur plures in Arte Medica, h. e. tales, in quibus intellectus neutram contradictionis partem satis manifestam judicat, hinc neutri præ altera assentitur; quam assensus denegationem bene admodum pro motum indifferentem in utramque contradictionis partem exprimit. ¹ *Microlius.* ^u Sic doctè dubitat è Diocle Galenus, ^w num sudor natura lege succedat? it. ^x num omnis motus musculorum actione fiat, & an hi in immobilitate constituti quiescant? & porro, ^y occasione motus respiratorii; cur plerasque actionum voluntariarum mente non assequamur? Dubii præterea sunt morbi multi apud Pathologos; dubia diviso pulsuum in Somaticis, circa quos nescio quid Græci habuisse

¶ in vindicat. Philof. Cartes. contra cenf. Huer. c. 1. qv. 1. 2. & 3. it. In der beantwor- tung der gedanken eines cenforis uber diese vindic. §. 2. 4. 5. 6. &c. † per totum libr. tert. meta- phys. † in Lexico. † à Budæo & aliis è Scriptoribus veteribus & Patri- bus concin- narum sub- tit. u loc. cit. p. 4. 10. w de Sympt. differ. c. 6. sub fin. x demot. musc. l. 1. c. 7. y ib. l. 2. c. 3. & 6.

buisse & rississe forsitan Galenum acutè scribit Montanus z Cœnam du- z Confil-
biam (è Diæticis) proponit Horatius, iniquens: 257.

— Vides, ut pallidus omnis

1. z. Scem.

Cœna de surgat dubia.

Hanc suspectam veneni nomine poni Erasmus perhibet, quam
(meò quidem iudiciò rectiùs) Acron per laute instructam inter-
pretatur: quoniam ciborum numerus & varietas dubitare faciat,
quinam eorum sanitati congruentes eligi & conjungi debeant ac
possint: cum hos inconsideratà mixturà assumptos mala digestio & pal-
lor ut plurimum subsequatur: quod quidem refellere conatur Wald-
schmidt, a asserens: *ex miscela ejusmodi, modò non peccetur in* ^{a Instit.}
quanto, in ventriculis robustis meliorem forsitan chylum pro sangui- ^{Med. 1. 2. c.}
ne restaurando quam è cibo simplici produci. Tali sensu extat & ^{8. §. 5. p.}
apud *Torentium*: ^b Sic enim phormio ad Getam: *Cœna dubia ap-* ^{56. seq.}
ponitur, &c. ubi tu dubites, quid sumas potissimum. Dubium ma- ^{b in phormi-}
gni momenti apud *Therapentas* est; qua ratione opium virtutem
suam anodynam & soporiferam exerat; & cur hoc combinatum
cum cinnabari ac epileptico exhibitum hujus paroxysmum magis
exacerbet? *Dubiat* item Galenus, c de castoreo, euphorbio, PY- ^{c de tempe-}
rethro, nitro, &c. an rectè & cur calida dicantur? *A dubitationi-* ^{ram. 1. 3. c. 1.}
bus his parum aut nihil differunt *conjectura*: etenim *conjectura*,
Micrælio ^d ita describente, *habitus quidam intellectualis imperfe-* ^{d loc. cit. p.}
ctus est, quo causam rei certò non novimus, ex medio tamen aliquo ^{319.}
probabili de facto incerto præsumimus, hinc secundum Aristotelem
c è dictionibus & actionibus contrariis constat; verbo: est anceps ^{e in Rhetor.}
quædam & media juxta Galenum ^f *inter perfectam scientiam & ex-* ^{ad Alex. c.}
actam ignorantiam rei cognitio, dicta a conjectu, i. e. directione ^{10. & 15.}
quædam rationis ad veritatem, quæ semper dubitationem comitem ^{f 1. de loc.}
aff. habet, & ex hac necessariò fluit. Quapropter etiam status vel cau-
sa conjecturalis Oratoribus} audit: quando de re dubia, num facta
sit, nec ne, queritur, atque controvertitur. Denotabat aliàs Con-
jectura apud Antiquiores propriè & primariò interpretationem som-
niorum, ex eo, quod ars hæc tota nullis demonstrationibus solidis.
sed conjecturis tantum niteretur; testimonium exhibet Plautus,
dum ait:

Potip' conjecturam facere, senarrem tibi
Hac nocte quod ego somniavi dormiens?
it: h *Mane sis, dum huic conjicio somnium.*

A. 3.

H. 15. 10. 21.
Unde.

i l. 7. c. 4. Unde apud *Quintilianum* i somniorum interpretes *conjectores* vo-
 k Confhuc cautus. k Concordat iterum *Plautus*, l iniquens: *Ego Tiresiam*
 Ver. Gloſ. i *conjectorem advocabo & conſulam*. Poſtmodum autem ad omnium
 l Amphitr. *conjectorem* advocabo & conſulam. Poſtmodum autem ad omnium
 act. 5. ſc. 1. rerum interpretationes vox hæc extendi, & pluribus rebus dubiis
 ſcientiarum & artium, Autorumque Scriptis applicari cœpit; quo
 m Comm. ſenſu *Galenus* m de *Hippocrate* refert: *Cogimur nos mente conjectura-*
 in lib. de fa- *re, quâ ſcripſit. Eſt verò cum omnis atioqui ambigua conjectura,*
 labri diæta *rum ſanè maxime, ubi hominis ſententia etiamnum ignoratur. Im-*
 aphor. 20. *primis autem ad medicinam conjectura terminus referri conſuevit:*
 n l. introd. *quando, recentente eodem Galeno n Eraviſtratus cum rationalibus*
 f. Medicus *medicis quibuſdam medicinam partim ſcientiam, cujuſmodi eſt cura-*
 c. 5. *ſarum notitia, it. natura inſpectio; partim conjecturam, ut curatio-*
 o l. c. & l. *nem & ſigna; habere cenſuit: quapropter & ab ipſo Galeno o in-*
 de opr. ſect. *ter artes conjecturales collocatur: non quidem eatenus, ac ſi con-*
 q. 4. ſub ſin. *jecturalibus præceptis contineretur (quippe ſ qua eſſent perpetua,) ſed*
 ii. lib. de cu- *ob actionem & medentium operam, quam incertum ancipitemque e-*
 rat. per fan- *ventum habentem, artem conjectricem reddere dicit: quales artes,*
 gu. miſſ. c. *quia ſinem ſuum ſemper deſiderant, non autem ſemper, ſed ne plu-*
 12. it. lib. i. *rimùm contingunt, sexagenis idem appellat. Adſtipulari & vide-*
 med. ſec. *tur Argenarius, P medicinam conjecturalem faciens exinde, quod*
 loc. & l. r. ad *v. gr. ſigna & alia quadam in ſe quidem certiffima, in artiſice*
 Glauc. *tamen conjecturam pariant. Imò eà de cauſa impudentiores qui-*
 p Comm. i. *dam Medicinam penitus ex artium numero eradicare conantur. Aſt*
 in Gal. arr. *profectò utrumque infelici cum ſucceſſu. Galeni namque & Ar-*
 med. p. 106. *genarii aſſertio exinde haud levem difficultatem patitur: quod cer-*
 ta ſint & indubia illa omnia, qua ad ſinem referuntur, unde & ſi-
 ni ipſe inſallibilis ſit neceſſe eſt, modò ad ſanitatem univerſalem,
 qui propriè ſinis artis; non verò individualem, qui artiſicis eſt,
 dicta reſtringantur; in hoc enim peccavit *Galenus* cum aſſectis,
 quod non attenderit univerſalia omnis autem ars eſt univerſalium)
 eſſe æterna, demonſtrationis firmiſſime ac certiffima, conjecturis va-
 cua & libera, neque ad has deſcendere Naturæ-Conſultum, niſi
 dum ad ſingularia ſeu ſuppoſita, (quibus actiones & medicationes pro-
 prie conveniunt,) ſe convertit, quorum tamen infinita eſt varietas
 & polydeſta mutatio atque materiæ inconfantia; ita, ut, dum
 artiſex aliquis benè exercitatus ſublato morbo effectum optatum in-
 dipiſcitur, alter minus exercitatus in eodem caſu facilè fallatur &
 ſine ſuo artiſicioſo fruſtretur: quod proſectò non artiſipi, ſed arti-
 ſifici,

offici, professionis suæ nondum satis gnaro, ex mente Plempii q q I. de fund. adscribi, artemque nostram è conjecturalium numero eximi, de- med.
 bere, quilibet sanæ mentis homocernere potest. Neque hoc solitarium est Galeni argumentum, quo probare satagit *conjecturaliam artem*: suppeditari poterunt plura è locis Galeni allegatis excerpta; scilicet: remedii incerta quantitas morbis adhibenda; occasio agendi præceptis; & affectuum difficilis cognitio, quos sæpè obsecuris satis signis indagare cogimur, non ablucente Hippocrate, r r I. aphori. quando iudicium difficile & experientiam fallacem seu periculosam proclamat. Verum remedii incerta ac conjecturalis quantitas non est, quàm sciri possit quantitas morbi, quæ cognita ipse Galenus remedii quantitatem scientificam esse fatetur. Occasio autem agendi quamvis præceptis sit, exinde tamen inferre non licet, artem conjecturalem quoque esse; dato enim morbo, datur remedium, modò promptus & prudens adsit artifex. Cognitio tandem affectuum difficilis & ipsa non involvit artis conjecturalitatem: poterit enim à medico prudenti, artis principiorum catholicorum sufficienter gnaro, morbus infallibiliter cognosci. Peccatum verò si heic dubitando committatur ab artifice ad singularia descendente, & conjecturas usurpante, id nihil ad artem, subest namque hic error medentis; fusius isthæc omnia tradente Laurembergio, s disputatore in re medica acerrimo; quem tamen propterea injuriosè cahem scholasticum rabiosum ac scabiosum à Billichio r nominari iudico.

Iis verò, quibus animus est totam *arsis* ob *conjecturas* artium numero excludere, ex Hoffmanno v repono: non quos libet *καρπὸς* s. *conjecturas plebejas*, sed *doctas* ex principis artis profuantes, quasque prudentia medica suggerit, hic locum invenire; in quibus tantum latet *artificium*, ut *καρπὸς* potius seu *signa demonstrativa*, h. e. *indicationes*, unam eandemque rem semper & necessariò indicantes, constituent, neque fortuitis observationibus, sed firma ratione, qua consequens ex causis & effectibus dextrè cognitiss eruitur, consistit; quales exercitatum ac judiciosum naturæ ministrum, rectissimè ita pronunciantibus Lindenio, w & Celso, w in fund. x *varius fallunt*, qui potius *sæpissimè respondent*, plurimiquè ag- physiol. x I. z. c. 6. tis profunt. Omnes verò deceptiones in tanta corporum varietate per imbecillitatem humanam evitare est impossibile, id quod prudentissimè monuit Meibius. y *Doctis* ejusmodi ac *prudentibus dubitationibus & conjecturis*. Tu quoque FAVOR & AMICE DULCIS- y fund. Physiol. c. 2. ME, §. 18. p. 257.

f Port. B.
 sculap. c. 4.
 §. 13. seq.
 p. 254. b.

255. a.
 t in adseret.
 chym. titu-
 lo.

v I. I. Insit.
 Med.

w in fund.
 Physiol. c. 2.
 x I. z. c. 6.

y fund.

Physiol. c. 2.

ME, §. 18. p. 257.

me, hæcenus delectatus es, quorum adminiculò, ita à B. Tuo Pa-
 rente, cujus mentio mihi semper erit honorifica, optimè institu-
 tus, per novennium ferè **MEDICUS PRACTICUS CASTRENSIS**
 solertissimus æquè ac felicissimus myriades hominum ægotan-
 tium præstinæ sanitati restituiti. Monstrat hoc **DISERTA-
 TIO INAUGURALIS de DYSENTERIA** indefesso studiò
 & diligenti operâ elaborata, multâ experientiâ multisque re-
 mediis non binâ vel ternâ sed millena & pluri vice expertis re-
 ferta. Sanè meliori conscientia & jure, cupitos indispiceris hono-
 res, ac isti, quos facetè admodùm depingit incomparabilis Fran-
 cus; ^z qui nimirum tot annis in variis Academiis elegantissimè vesti-
 ti srenuè potarunt ac amarunt, qui magno cum Promotoris elogiò faci-
 bus accensis ornantur pileò holerisicò annulò aureò, & proclama-
 tur Doctores, testimoniâque pergamento muniti dimittuntur in mundi
 plagas; intus verò quanti quanti sum inanes. Qui quando ad ægri lectum
 perventum est, aut sunt magis muti, ac piscis, aut blaterant, quic-
 quid venit in buccam, securi, quid de morbi eventu sperandum sit.
 Hi, inquam juxta Plinium, ^a discunt periculis nostris, & experimen-
 ta per mortes aliorum agunt, illisque hominem occidisse summa est
 impunitas. Hos indignat' ait divinus senex, ^b inquit: Medici nomi-
 ne quidem multi re autem admodum pauci. Sed que hujus pestilita-
 tis cause? **DOCIORES ET PROFESSORES** in Academiis, qui
 sumunt pecuniam, & mittunt asinum in patriam. Hi, inquam, pro-
 motores **Φιλοσοφείæ** occæcati & fallunt misellum Doctorellum &
 reliquos homines. Iste enim sua studia tamè estimata reputat esse suf-
 ficientia: hi autem non promotum crederent à tantis viris, nisi con-
 dignum. **Averruncet Archiater animarum hujusmodi deliramenta.**
 Hæcenus Francus.

Euge igitur, **VIR INGENIOSISSIME**, conscende virtutis thro-
 num, fruce honoribus benè meritis post devoratas tantas mole-
 stias; virtus namque premium inter homines optimum. Ego verò
 de his tota **TIBI** gratulor animâ, cum annexo voto: ut iter insti-
 tutum feliciter cedat, reliqua fortunatè succedant, & **GRATIA**
REGIS TUI CLEMENTISSIMI Te salvum incolumemque reducem
 factum benignissimè excipiat. Quod quemadmodum sine omni
 dubitatione futurum existimo, ita sine dubitatione quoque credas,
 me **TIBI** semper fore **addictissimum**. Vale, Dab. Halis Saxon.
 Ann. æræ Christ. 1704.

z in epist.
 dissert de
 Medico
 monitr.
 præfixa.

a H. N. l.
 29. c. 1.


b in N. 29.

Pa-
tu-
sis
an-
A-
diō
re-
re-
no-
an-
fi-
an-
ndi
us
ic-
sit.
en-
est
ni-
a-
qui
ro-
ō
yf-
on-
ia.

o-
le-
erō
ri-
IA
em
uni
as,
on.

ULB Halle 3
004 373 987



30
D. JOHANNIS ADAMI HOFSTETERI,
Medici Practici Hallensis,

EPISTOLA GRATULATORIA,

(in qua occasione dubitationis Cartesianæ de conjecturis Medicorum agitur, & exin' Artem Medicam nullatenus conjecturalem esse evincitur,)

A D

*VIRUM NOBILISSIMUM AMPLISSIMUM
atque EXPERIENTISSIMUM.*

DN. JUSTUM GODOFREDUM
PETERMANNUM,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
REGIS POLONIARUM AC
ELECTORIS SAXONIÆ GENERALIS
STATUS MEDICUM
CASTRENSEM,

Fautorem & Amicum suum specialiter dilectum; summos Artis Iatricæ honores in Celebris Leidenfium Emporio Academico more majorum specimine solenni acquirentem.

Ua 1912

